



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

75 Iudices laici cognoscere possunt causas feudales, de quibus clerici à domino temporalis fuerunt investiti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

de connexis excommunicationi, in terminis Neviz. in sylu. nupt. de lit. monit. libr. 3. num. 59. facit text. in l. quæ religiosis, ff. de rei vendi. Graff. d. cap. 18. num. 125. & Azor. ubi sub. vers. causa quasi.

73 † An autem excommunicatio legitime, vel nè sit promulgata, aut publicata, ad iudicem ecclesiasticum cognitio spectat. Conc. Trid. cap. 3. §. nefas autem, sess. 25. de reform.

73 Decimoquintò † in eadem excommunicationem incidunt iudices seculares, qui 75 personas ecclesiasticas ad sua tribunalia, præter juris canonici dispositionem, trahunt, vel quomodolibet faciunt, unde libertas ecclesiastica tollatur, seu in aliquo lædatur, vel deprimatur, aut aliàs quovis modo restringatur; sive Sedis Apostolicæ, sive quarumcunque ecclesiarum iuribus, quomodolibet, directè, vel indirectè, tacitè vel expressè præjudicetur. Sayr. eod. lib. 3. c. 19. n. 1. † in hanc autè excommunicationem incidunt facientes, ordinantes, publicantes statuta, ordinationes, constitutiones pragmaticas, & alia quævis decreta in genere, vel in specie, quibus libertas ecclesiastica tollitur, aut in aliquo læditur, vel deprimatur, aut restringitur; vel 76 Apostolicæ Sedis, aut quarumcunque ecclesiarum directè, vel indirectè, iuribus præjudicatur. Et, qui dictis statutis, & decretis factis, & ordinatis contra prædictam libertatem ecclesiasticam utuntur, ut per Sayr. ubi supra num. 3. Et non solum iudices seculares dicta excommunicatione ligantur, sed etiam Prælati ecclesiastici, qui 77 instituuntur à Regibus, & Principibus ad causas huiusmodi: ut quando instituuntur Proreges, & Governatores Regni, vel Provinciæ, si ad forum laicale personas ec-

clesiasticas trahunt, ut in ead. Bull. Cæno-  
Domini, n. 14. & idem Sayr. ubi sup. nu. 4.  
Quinimò, animadvertere debent quoque  
Episcopi, aliique ecclesiarum Prælati, &  
sacerdotes, qui Regibus, & aliis Principi-  
bus in violanda ecclesiastica libertate con-  
sentiunt, sibi imminere etiam alias accer-  
tissimas pœnas, ut inquit. Maiol. de admir-  
nato. reb. colloq. 1. pag. 54. post. med.  
& concil. Trident. cap. 11. de reform.  
sess. 22.

Excluduntur † tamen per illa verba, præ-  
ter juris canonici dispositionem, ab hac  
censura, qui laica potestate personas eccle-  
siasticas in casibus à jure permissis, ad sua  
tribunalia trahunt, & plures sunt casus à  
jure permissi.

Primò enim in causa feudali, quando per-  
sona ecclesiastica fuit investita de feudo  
à domino seculari; quia tunc in causa feu-  
di potest clericus per laicum trahi ad fo-  
rum seculare, cap. ex transmissa, & cap. ve-  
rum, & ibi Abb. num. 17. de for. comp. ec-  
clesiasticæ enim personæ pro feudo, quod  
tenent à secularibus, illis iuramentum fide-  
litas præstare tenentur, ut c. vnic. §. verum,  
de stat. reg. in 6.

Sed pro † feudis, quæ sunt de mensa ec-  
clesiarum Episcopi, & alii Prælati, Papæ fi-  
delitatis iuramentum, de non alienando  
præstare debent, ut in cap. 2. de feud. cum  
supra in cap. 10. deductis; & alii inferiores  
in manibus Episcoporum, aut aliorum  
Prælatorum, & coram illis causas agere, ut  
in eod. c. vnic. §. Episcopi autem.

Secundò † in causa reconventionis, quia  
clericus agens contra laicum coram iudice  
seculari, potest ibi reconveniri, in causis  
tamen civilibus tantùm, licet, & hæc opi-  
nio apud nos non careat difficultate ex-